



# Disputatio juridica de legitima

<https://hdl.handle.net/1874/341618>

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
LEGITIMA.  
QVAM

D. O. M. J.

PRÆSIDE  
VIRO CLARISSIMO

D. ANTONIO MATTHÆO,  
Juris Antecessore primario in Illustri Acade-  
miâ Ultrajectinâ.

*Publicè defendere conabitur*

CASPARUS FAGEL, Haga-Batav.

*Ad diem 12. Maji, hora locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM,

TYPIS Theodori ab Ackerfdijck, & Gisberti à Zijll,

clō. 1ō. c. lll.

Amplissimis, Clarissimis, Consultissimisque,

V I R I S,

D. CHRISTIANO RODENBURGH, J. V. D.  
& Curiae Trajectinae Senatori  
gravissimo, dignissimo.

D. MARTINO PAETS  
J. V. D. & in Hollandiae curiis  
Causarum Patrono doctissimo,  
disertissimo Cognato  
suo,

*Fautoribus summis nunquam non  
colendis.*

Hoc Legale exercitium

D. D. D. C. Q.

C A S P. F A G E L.

*Respond.*

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
LEGITIMA.

THESIS I.

**T**otam parentum hereditatem natura liberis addit: *l. cum ratio* 7. *D. de bon. dam. l. nam et si* 15. *D. de inoff. testam. l. scripto* 7. §. 1. *D. Si tab. test. nul. extab. l. pen. §. sed nunquid* *D. de bon. libert.* Definitio ergò legitime portionis juri potius civili quàm naturali est adscribenda. Vide *Cujac. 3. obs. 8. Gov. 2. var. lect. 1. Duar. cap. ult. de inoff. testam. Donel. 19. com. 4. Cont. 1. lect. 3. Corf. 1. indag. 28. Graf. in §. legitima quest. 2. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 1. quest. 6.*

II.

Illud nihilominus verum est, legitimam neque tolli, neque augeri, minuive statuto municipali posse *l. jus publicum* 38. *D. de pact. l. 3. §. Divus D. de sep. viol. l. scimus* 36. *C. de inoff. testam. Diff. Dd. existimantes, tolli quidem legitimam statuto non posse, posse tamen mutari quantitatem Sarm. 2. sel. interpr. 14. num. 6. Mynf. cent. 5. obs. 43. Gail. 2. obs. 122. num. 11. Fach. 4. contr. 32. Merlin. 3. tit. 1. quest. 1. num. 15. & seqq.*

III.

Fuit legitima olim quarta pars hereditatis: vel, quod eodem redit, quarta partis ab intestato debita §. *ult. Inst. de inoff. testam. l. Papinianus* 8. §. *quoniam D. eod. l. quæ nuper* 31. *C. eod. Aucta est nov. 18. cap. 1. ut pro numero liberorum interim triens, interim femis sit. De quo augmento quæritur, an pertineat etiam ad parentes & fratres consanguineos? Verius est, pertinere. d. cap. 1. in fin. junct. nov. 1. in prasat. §. 2. Cujac. ad d. nov. 18. Hotom. in disput. de quart. legit. num. 19. Donel. 6. com. 15. Fach. 4. A 2 contr. 28.*

*contr. 28. Diff. Vaud. 1. quæst. 50. Heig. ad d. s. ult. Schneid. ad s. sed hac ita Inst. eod. Coraf. in l. filium quem C. famil. ercisc. num. 79. & 80. Confer Merlin. 1. tit. 3. quæst. 4. & 5.*

IV.

Legitima liberis relinquenda est titulo institutionis: secus si factum fuerit, vel est testamentum ipso jure nullum, vel rescinditur per bonorum possessionem contra tabulas, vel per querelam inofficiosi *l. cum quidam 19. D. de lib. & postum. nov. 115. cap. 3. Diff. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 55. Merlin. 5. tit. 2. quæst. 8. num. 1. Quid si adjecta sit testamento clausula, omni meliorem modo? Nihilominus rescindi poterit. l. Titia 13. D. de inoff. testam. Diff. Peregr. d. art. 36. num. 56. & seq. Merlin. d. tit. 2. quæst. 4. num. 5. & 6. Graf. §. testamentum quæst. 35. num. 8.*

V.

Quid autem, si pater dixerit: *Filium meum instituo in legitima: ceterorum bonorum exheredem esse jubeo?* Non impedit institutio, quo minus filius de inofficioso agere possit, arg. *nov. 115. cap. 3. Vide Vigl. in d. s. ult. Inst. eod. Idem dicemus, si pater filium instituerit in numo aureo, vel in quinque solidis arg. d. cap. 3. junct. l. contra legem 29. & l. seq. D. de legib. Diff. Peregr. d. art. 36. num. 58. Merlin. d. tit. 2. quæst. 21. num. 2. & seqq. Grass. d. quæst. 35. num. 20.*

VI.

Illud nihilominus verum est, filium in fundo, vel rebus certis; filiam in dote institutam, non posse queri de inofficioso. Estque supervacua illa cautio, quâ nonnulli suadent, ut adjiciantur doti in institutione solidi quinque. *Vide Clar. §. testamentum quæst. 44. Dilect. de art. testand. tit. 3. caut. 5. num. 2.*

VII.

Non solum liberis, sed & parentibus legitima relinquenda est titulo institutionis *d. nov. 115. cap. 4. las. in auth. novissima C. de inoff. testam. Vigl. in §. ult. Inst. eod. num. 3. Clar. quæst. 38. num. 8. Berlich. part. 3. concl. 15. num. 67. Wurmsf. tit. 39. obs. 9. num. 1. Schneid. in eod. §. ult. Peregr. art. 49. num. 48. Merlin. d. tit. 2. quæst. 8. num. 12. Diff. Bart. in d. auth. novissima. Hoc amplius, fratres*

fratres quoque in legitima instituendos rectè dixeris: alioquin non excluduntur à querela adversus turpes personas instituenda  
*l. fratres 27. C. de inoff. test. Vasq. de succes. creat. §. 20. num. 214.*  
*Diff. Merlin. d. tit. 2. quest. 20.*

#### VIII.

In numero liberorum non est computandus filius in metallum damnatus, vel in insulam deportatus, quoniam habetur pro mortuo. *l. si necem §. si deportatus D. de bon. libert. l. intercidit § 9. D. de cond. & demonstrat* Idem dicendum de eo, qui justè exheredatus est: nam & hic pro mortuo habetur. *l. 1. §. sed et si patruus D. de conj. cum emanc. lib. ej. l. si post mortem 10. §. liberi & §. seq. D. de bon. poss. contr. tab. Vasq. d. §. 20. num. 205. Gomes. 1. var. resol. 11. num. 22. G. Pap. decis. 295. Gail. 2. obs. 122. num. 18. Costal. ad l. 17. D. de inoff. testam. Fach. 4. contr. 31. Confer Merlin. 1. tit. 4. quest. 3. num. 33. & seqq. & quest. 4.*

#### IX.

Filia quæ renuntiavit hereditati paternæ, in numero computanda est, augetque legitimam filiorum: non enim pro mortua haberi potest. *Gail. d. obs. 122. num. 17. Diff. Cuj. in d. nov. 18. Fach. 4. contr. 31.* Sed an ipsa quoque partem facit in legitima? Non videtur: *arg. c. quamvis, de pact. in 6. ubi Covar. part. 3. §. 3. num. 3. Vasqu. ad l. si quando §. illud etiam C. de inoff. testam. num. 20. G. Pap. dec. 598. Hart. Pistor. lib. 4. quest. 6. num. 15. & quest. 8. Peregr. d. art. 36. num. 6. Fach. 3. contr. 25. Diff. Boër. dec. 3. num. 10. Afflict. decis. 178. num. 3. Myns. 1. obs. 36. Menoch. conf. 71. num. 24. Peck. 1. de test. conj. 41. num. 4. Imb. in enchir. verb. partem & c.*

#### X.

Quid si Statutum extantibus maribus arceat fœminas à successione? Idem videtur esse dicendum, ut computentur quidem in numero, ad augendam legitimam, non tamen ipsæ maribus partem faciant. Vide *Tiraquel. de jur. primog. quest. 55. num. 8. & 9. Imb. d. loc. Pistor. d. quest. 8. Peregr. d. loc. Merl. d. lib. 1. tit. 4. quest. 3. num. 10. & seqq. Diff. Salic. in d. auth. novissima. Sanxo. ad Turon. rit. 25. §. 26. pag. 175. Fachin. d. cap. 31.*

XI.

Si duo sint instituti in legitima, & alter agnoscat iudicium patris, alter repudiet, vel ablineat se bonis, verius est, ad illum totum trientem pertinere *l. qui repudiantis* 17. *l. si ponas* 23. §. ult. *D. de inoff. testam. l. si post* 10. §. liberi *l. si duobus* 12. *D. de bon. poss. cont. tab. l. un. C. Quand. non pet. part. pet. ad cres. junct. l. qua de tota* 76. *D. de rei vind. Confer Cujac. in d. nov.* 18. *Donel. 19. com. 4. Hotom. d. disp. de quart. legit. cap. 9. num. 52. Merlin. d. tit. 4. quæst. 5.*

XII.

Legitima liberis neque in nuda proprietate, neque in solo usufructu relinqui potest. *d. nov. 18. cap. 1. & 3.* Neque tamen necesse est, ut in corporibus consistat: potest etiam in pecunia numerata, vel in nominibus assignari *Vasq. de success. progres. §. 4. num. 10. & seqq. Menoch. 2. arb. cas. 163. num. 2. & 29. Charond. in memorab. verb. legitima. Fab. 15. dec. de err. pragm. err. 2. Sand. 4. tit. 9. def. 6. Confer Merlin. d. lib. 5. tit. 3. quæst. 11. num. 16. & seqq. Diss. Peregr. d. art. 36. num. 72. Afflict. decis. 162. num. 3. Fachin. 4. contr. 33. Cum autem in corporibus assignatur, neque optimæ res, neque pessimæ assignari debent. *Menoch. d. loc. num. 13. 14. & 32. Sand. lib. 4. tit. 7. def. 3. Peregr. d. loc. num. 74.**

XIII.

In legitimam imputantur filiis quæ habent titulo institutionis, legati, vel fideicommissi. Item mortis causa donatum, dos, donatum propter nuptias, militia pecuniis patris comparata, donatio inter vivos facta hac lege, ut in legitimam imputetur. *l. quoniam* 29. *l. omnimodò* 30. *l. si quando* 35. §. & generaliter *C. de inoff. testam. l. Papinianus* 8. §. *si quis mortis l. si non mortis* 25. *D. de inoff. testam. l. pen. C. de collat.*

XIV.

An ea quæ conditionis implendæ causa capiuntur? Non videtur: *arg. d. l. pen. C. de collat. l. scimus* 36. §. repletionem *C. de inoff. testam. l. in quartam* 91. *D. ad leg. Falcid. l. filium quem* 24. *C. famil. ercisc. ubi com. Dd. Peregr. d. art. 36. num. 105. & 119. Coras. in d. l. filium num. 95. Merlin. 2. tit. 2. quæst. 1. num. 22. & seq. Graf. d. §. legitima quæst. 20. num. 1. Nec adversatur l. 8. §. si con-*

dition;

ditioni D. de inoff. testam. l. 3. §. si patrono 19. D. de bon. libert. l. sed si plures 10. §. in adrogato D. de vulg. & pupil. substit. Diff. Costal. in d. §. si conditioni. Vasq. de succe. creat. §. 30. num. 247. & seq. Aliter. Horom. d. disput. num. 56.

XV.

Dos non solum filiae computatur in legitima, verum etiam defunctae ante filiam, nepotibus ex ea natis imputatur dos materna in legitimam. Vasq. d. §. 30. num. 276. Gomes. leg. Taur. 29. num. 38. Barbof. ad l. post dotem 41. D. Sol. matr. num. 51. & seqq. Theaur. decis. 237. Grivel. decis. 97. num. 11. Rauchb. 2. quest. 18. num. 12. Confer Merlin. 2. tit. 2. quest. 13. Et nepte defuncta, cui dos data erat contemplatione filii, filio ea dos imputatur in legitimam. arg. l. dotem 6. D. de collat. Gomes. d. leg. 29. in fin. Choppin. 2. de morib. Paris. 5. num. 16. Merlin. d. tit. 2. quest. 10. num. 5. & quest. 8. num. 28. & seqq. Diff. Coras. in d. l. filiam num. 137.

XVI.

Sumptus studiorum, & doctorales non imputantur filio in legitimam arg. d. l. pen. C. de collat. & l. qua pater 50. D. famil. erasc. Coras. d. loc. num. 110. & seq. Vasq. d. §. 30. num. 214. & latissime Merlin. d. tit. 2. quest. 22. Neque filiae sumptus nuptiarum, vestes pretiosae & ornamenta. Coras. d. loc. num. 117. Diff. Gras. in § legitima quest. 23. num. 2. Vasq. d. §. 30. num. 266. Peregr. d. art. 36. num. 132. Merlin. d. tit. 2. quest. 20. num. 4. & 5.

XVII.

Officium aliquod vel munus à patre filio emtum an est imputandum? Est. Vasq. d. §. 30. num. 203. & 270. Peregr. d. art. 36. num. 130. Merlin. d. tit. 2. quest. 21. num. 1. & seqq. An canonicatus? Etiam: argumento eorum quae tradunt. Coras. d. loc. num. 92. Vasq. ibid. num. 216. An quod pater pro filio ex delicto condemnato solvit? Hoc quoque imputandum videtur, nisi solius pietatis intuitu à patre factum sit. Vasq. d. §. 30. num. 220. & seqq. Peregr. d. loc. num. 138. Diff. ex parte Merlin. d. tit. 2. quest. 2.

XVIII.

Quod filio obvenit ex substitutione pupillari, non imputatur ei in legitimam d. l. scimus §. repletionem C. de inoff. testam. Idem dicen-



dicendum de substitutione vulgari, & precaria, nec non de jure accrescendi, si modò legitima prævenerit casum substitutionis vel adcrectionis *Peregr. num. 112. & seqq. Coras. d. loc. num. 105. Merlin. d. tit. 2. quest. 1. num. 16. & seqq.*

XIX.

Feudum antiquum & familiare non imputatur filio in legitimam: hereditarium verò itemque novum videtur imputandum. *Coras. d. loc. num. 94. Vasq. d. §. 30. num. 233. Peregr. num. 108. & seqq. Jac. Thoming. decis. 2. num. 14. & latè Merlin. d. tit. 2. quest. 19.*

XX.

In æstimanda legitima communis opinio spectat mortis tempus: *per l. si patronum 44. §. 2. D. de bon. lib. l. cum queritur 6. C. de inoff. testam. ult. D. si quid in fraud. patr. l. in quantitate 73. D. ad leg. Falc. Afflict. decis. 382. Coras. in d. l. filium num. 81. Peregr. d. art. 36. num. 19. Diss. Merlin. d. lib. 5. tit. 3. quest. 7. num. 27.* Itaque post mortem patris auctis vel imminutis bonis, non augetur vel minuitur legitima. *Diss. Hotom. disput. de legit. cap. 4. num. 21. existimans spectandum id tempus, quo bona fuerunt plurimi.*

XXI.

Fructus quoque legitimæ filio debentur ex die mortis patris, etiam si fortè heres in præstanda moram non admiserit, *arg. d. nov. 18. cap. 3. Peregr. d. art. 36. num. 68. 69. & 120. Coras. in d. l. filium quem num. 91. Merlin. d. lib. 2. tit. 1. quest. 1. num. 16. & seqq. Nec adverteatur l. Papinianus 8. §. unde si quis D. de inoff. test. l. jubemus 6. C. ad SC. Trebel. Diss. Hotom. d. disput. cap. 10. num. 55.*

XXII.

Vivente patre, nihil juris habet filius in legitima, ac neque pater eam assignare inter vivos cogitur, neque à creditoribus filii inquietari potest. *l. 1. §. si impuberi D. de collat. bon. l. 1. & tot. tit. C. Ne fil. pro patr. Peregr. d. art. 36. num. 14. & 25. Conf. Merlin. d. lib. 5. tit. 3. quest. 3. & 4. Quare duriusculè cum patre Sabaudi egere, qui virgini à filio vitiatæ dotem numerari jusserunt, olim filii legitimæ imputandam, teste Fab. ad tit. C. ne fil. pro patr. def. 3. Confer Tuld. ad eund. tit. num. 5.*

F I N I S.